1011 94

MAXIMILIANUS HENRICUS,

Dei gratiâ Archiepiscopus et Princeps Elector Coloniensis, Episcopus ac Princeps Leodiensis et Hildesiensis, utriusque Bavariæ Dux. &c.

R.de in Christo Pater, Pervenit ad manus nostras R.tiæ tuæ opus, quod Mundus Subterraneus inscribitur, nec non alterum quod S.ti Eustachij Historiam complectitur, ac tertium quoque cui de occultis numerorum mysterijs titulus est. pergrata autem illa pro merito Sua accidisse, dubitare nolit, et quemadmodum ipsius exindè erga nos affectus patet, ita etiam quæcumque succedere poterunt perbenignè exceptum iri, nec defutura à Nobis reipsâ melius quàm scripto benevolentiæ testimonia: quapropter et si quod aliud nunc è prælo in lucem prodierit opus, cuius exemplar Nobis submittere destinet R.tia Tua, est nunc in Urbe Vicarius Generalis Argentoratensis in Germaniam propediem rediturus, cui concredi poterit ad nos dirigendum, qui interim nos Sanctis R.tiæ tuæ Sacrificijs et precibus, nec non eandem Divinæ protectioni ex animo commendamus. Bonnæ 13.â Decembris 1663.

Maximilianus Henricus

Casp: Fouillon

Athanasio Kirchero Soc.tis Iesu.

1

R.^{do} in Christo Patri Athanasio Kirche=
ro, Societatis Jesu Presbytero.

Elector Colon.

Elect

4

Roma.